

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Tekst kompilowany uwzględniający wersje sandomierską i krakowską**

Rękopis Klasztoru OO. Paulinów w Częstochowie, sygn. II-3, s. 121–122

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 55 [Gn. 53]

[55] Si vulneratus vir ad iudicium decuctus fuerit cum clamore in facto manifesto, et si ita inbecillis aut debilis fuerit, quod per tutorem ipsum querulari oportet et proloquutorem per sentenciam petat, extunc tali modo sua procedat querimonia: „Domine iudex, si me huic vulnerato dedistis pro advocato, extunc in sententia requiro, si iusticiam insidias per aliquem pati debeam, quas iure tenetur debeam aut sustinere, cum suam causam propter iuris exigenciam {exigencia} teneo”. Extunc sibi diffinitur, quod non. Extunc petat correccionem. Cum^a obtinuerit, [/] tunc petat colloquim pro consilio, extunc cum colloquim habuerit, tunc requirat, qualiter suam querelam inchoare debeat, et hoc per sentenciam diffinitam, ut sibi proficiat in suo iure. Extunc diffinitur sibi cum clamore. Tunc interroget per sentenciam seu sentencialiter, si requiri debeat ab ore ad os, a quo suam [^b] habeat lesionem. Tunc sibi diffinitur, quod debeat. Extunc emittuntur^c duo scabini et cum ipsis preco, aut duo viri, qui in iudicio astare consueverunt, qui ab ipso solo audiant, a quo suam habuerit lesionem, vel qui in eo pacis federa infringerit. Extunc requiritur sentencialiter, si interrogari debeant circa iuramentum prestatum aut ius civitatis, quid ab eo audierint. Tunc unus interroget ad diccionem, quid ab eo audierint. Audita responsione sua, tunc sentenciam requirit, sententia profecit, cum sibi diffinitur, quod sic profecerit secundus et tercius, deinde querelam incipiet: „Domine iudex, placeat attendere audire”. Tunc hic ·N· requiritur vobis super ·S· et ·V·, quod ipsi venerunt intra municipale, et pacem in eo infregerunt, et ipsum vulneraverunt aut suum affinem proximum trucidaverunt, si homicidium fuerit, et spoliaverunt cum corpore et rebus, et pro eo iudicium petit. Extunc tribus [s] vocantur, quando ter vocati clamorem fuerint, tunc conqueratur ulterius, nominant malefactores, ut prius querulatum fuerit. Idem faciet tercia vice. Extunc inducie indicantur [s. 122] per noctem. Tunc si non comparent, perscribuntur. Si autem comparent, duellum in eis acquiri potest.

^a nadpisane; ^b plama inkaustu; ^c odczyt niepewny

[hasła: zranienie, sąd, wyrok, skarga, sędzia, sprawiedliwość, posiedzenie, ławnik, szkoda, przysięga, prawo, zabójstwo, kradzież, zranienie, otrucie, noc, pojedynek sądowy]